



for teur  
quor agno  
nonero m  
gnoratur  
et eludat  
phiam cen  
mib; Infa  
cedit; para  
quam ad m  
iam mala  
accessit et  
id suis iust  
uos iudica  
ur Ad more  
neet certa  
tribunal  
ris; ipis i  
bendum  
e uiuendi  
dam dicit  
rectore i  
ner proph  
taur scia  
tis; q; r  
isse minist  
ad doctri  
ombraone  
ur rei ut  
auer sari  
quae super

diximus de terra illud est. ueniendum namque est ad summum ipsum uerbi  
fastigium / & proferendum quae ueritas sunt; neque enim fas est in talibus fallere;  
arbitrari non est simile: sicut & nunc quoque arbitror. pecora uel armenta regere  
& hominibus praeesse atque animas moderari; ibi enim studium est gregem  
uel armenti uel pecoris ualidum membris & laetum carnibus facere: quod pro  
spiciens uel armentarius ille uel pastor comantes herbas & uirides riuus diligit  
campos; quos fecundiores probabit ad pabula / & hos ipsos alternis pastibus inno  
uat / & ab aliis ad alios gregem transmouet saltus; sed & ad quietem perquirat  
memorosa cubilia; agit autem gregem interdum uirga praecipuae tamen calami  
uel fistulae suauitate permulcens. nec aliud ultra operis uel armentario inminet  
uel pastori / nisi quod parua quaedam sollicitudo requiretur aduersum insidias  
atque in probitatem luporum; & sic ubi forte aegrum pecus uel reuulserit oculo  
uel palpando curare / umbras in aestibus prospicere / strata recubantibus mollia  
atque herbae providere perflarique; recubantium locum auris spirantibus sinere  
quem propter decurrentis riuus frigida unda perstringat; Cantare quoque & uelut  
alloqui greges / aut antiquitatis aliquid aut amoris adhaere uel iugulare pinguis quodque  
uel in praetium uertere elicit; uirtutis uero animi & industriae nulla cura huius  
modi pastoribus inminet / per quam necesse habeant uoluntati gregis magis  
quam suae obsequi; homini uero cum perdifficile sit scire regi / id est regem se ob  
temperare / multo difficilius est scire alios regere. & regere secundum istam  
nostram disciplinam quae ex diuina lege descendit atque adducit; cuius quan  
to spes & gloria maior est / tanto & periculum grauius quippe habet; intellectu;  
quem rectorum primo omnium ut mihi uidetur / oportet sicut argentum uel  
aurum probari / & ex omni parte circumspici atque in omni tempore & actibus  
contemplari / ne quid forte habeat in traiectione alienae uel materiae  
uilioris. & raucum sonum aëris uel plumbi admixtione respondeat. & lateat  
intra seclus ad alterum aliquid quod ignis examinet & resoluit; quod malu  
umque tanto fiet perniciosius quanto numerosioris populi rector extiterit  
sicut certe grauius est in multos diffundi pestem / quam unum pestilentiam  
consumi; nec cadaveris foetor ita perniciosius est si unum polluat locum.

Cōparat.

et p. lino recte